

AB

57735

B.H.d


2

~~Grasg 00 #~~

N. 206

Theodor Schmid.

- 1, Horatii Epistolae Lips. 1510
- 2, Horatii Epistolae. Colon. 1510.



Q. Horatii Flacci Episto- larum Liber.

Magister Gregori⁹ Breytkoph

de Konitz ad Lectorem.

Commodus
Virtus excelsi sedem donabit olympi
Lector: supremum conciliatq; Iouem
Sola hec post mortem dignum quoq; prestat honorem
Tartara dum vitium nigra subire facit
Namq; decus nitidum: phebica clarius aura
Sedibus ethereis ab Ioue iustus habet
Impius obscuram plutonis tum ibit in arcem
Dum iustus summet gaudia magna poli
Impudens opibus quid sollicitaris iniquis
Auriflui querens aurea dona tagi
Haud quemq; possunt infernis soluere vinculis
Virtus celestem prebet adire domum
Infelix sarum cur voluat Sisyphus ingens
Et phlegetonteam Tantalus haurit aquam
Causa subest: vitam vitij duxere prophanis
Et studuere animam comaculare suam
Innocui Elisos meruere at summere campos
Illuminat ornant flouda ferta comas
Disce igitur virtus quid sit: post perfice facto
Et relegas Flacci carmina pulchra cati
Tunc in venturo summes bona premia seculo
Que tollent iusto tempora nulla tibi

GYMNAS. HALB.
EX. DON.
THEOD. SCHMID.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text below the top section, possibly bleed-through.

Faint, illegible text in the middle section, possibly bleed-through.



257



Libet Primus Ad Moecenatē epistola. Prima.

p Rima dicte mihi summa dicende camena
Spectatū satis et donatū iam rude quaeris
Moecenas iterum antiquo includere ludo.
Non eadem est aetas / non mens. Veianus armis
Herculis ad postem fixis / latet abditus agro :
Ne populum extrema tociens exoret harena.
Est mihi purgatam crebro qui personet aurem
Solue senescentem mature sanus equum : ne
Peccet ad extremum ridendus : et ilia ducat.
Nunc itaq; et versus : et cetera ludicra : pono :
Quid veruz atq; decens curo / et rogo / et oīs in hoc sum.
Condo et compono quae mor depromere possim.
Acne forte roges quo meduce / quo lare / tuter :
Nullius addictus iurare in verba magistri.
Quo me cunq; rapit tempestas defero: hospes :
Nunc agūis fio / et mersor ciuilibus vndis /
Virtutis verae custos / rigidusq; satelles :
Nunc in Aristippi furtim praeepta relabor :
Et mihi res : non me rebus : submittere conor.

Epistola Prima

De nocte longa / quibus mentitur amica: diesq;
Longa videtur opus debentibus: ut piger annus
Pupillis / quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt / ingrataq; tempora: que spem
Consiliumq; morantur agendi gnauiter: id quod
Neque pauperibus prodest / locupletibus aequae:
Neque neglectum pueris / senibusq; nocebit.
Restat ut his ego me ipse regam solerq; elementis:
Non possis oculo quantum contendere Lynceus /
Non tamen iccirco contendas lippus inungi.
Et quia desperes iniuncti membra Gliconis /
Nodosam corpus nolis prohibere chiragra.
Est quodam prodire tenus: si non datur ultra.
Seruet auaricia / miseraq; cupidine pectus:
Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem
Possis: et magnam morbi deponere partem.
Landis amore tumes: sunt certa pericula que te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus: iracundus: iners vinosus: amator:
Nemo adeo ferus est ut non mitescere possit /

Libri Primi

Si modo culturae patientem commodet aurem,
Virtus est vitium fugere: et sapientia prima
Stulticia caruisse, vides: quae maxima caedis
Esse mala: exiguum censum: turpemque repulsam:
Quanto deuites animi capitiſque labore?
Impiger extremos curris mercator ad Indos
Per mare: pauperiem fugiens: per saxa / per ignes,
Ne cures ea que stulte miraris et optas:
Discere / et audire / et meliori credere non vis.
Quis circum pagos et circum compita pugnat,
Magna coronari contemnat olimpia / cui spes?
Cui sit conditio dulcis sine puluere palme?
Vilius argentum est auro: virtutibus aurum.
O ciues ciues quaerenda pecunia primum est:
Virtus post numos / haec Janus summus ab imo
Perdocet: haec recinunt iuuenes dictata senesque
Laeno suspensi loculos / tabulamque lacerto.
Si quadringentis sex septem milia desunt:
Est animus tibi / sunt mores / et lingua / fidesque:
Plebs eris. at pueri lubentes rer eris aiunt.

Epistola Prima

Si recte facies / hic murus aeneus esto.
Nil conscire sibi / nulla pallescere culpa.
Roscia dic sodes melior lex: an puerorum
Venia? quae regnum recte facientibus offert:
Et maribus Curijs et decantata Camillis:
Is ne tibi melius suadet: qui rem facias: rem
Si possis recte: si non: quocumq; modo rem
Ut propius spectes lachrymosa poemata Puppi:
An qui fortunae te responsare superbae
Liberum et erectum praesens hortatur et optat?
Quae si me populus Romanus forte roget: cur
Non ut porticibus sic iudicijis fruam iisdem:
Nec sequar: aut fugiam: quae diligit ipse: vel obit:
Olim quod vulpes aegrotis cantata leoni
Respondit: referam / quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia: nulla retrosum.
Vidua multorum es capitum: nam quid sequar: aut quae?
Pars hominum gestit conducere publica: sunt qui
Frustis et poinis viduas venentur auaras:
Excipiantq; senes: quos in vinaria mittant.

Libri Primi

Multis occulto crescit res foenore: verum
Esto alijs alios rebus studijsq; teneri:
Idem eadem possunt horam durare probantes:
Nullus in orbe sinus Baijs praelucet amoenis
Si dixit dives: lacus et mare sentit amorem
Sestinantis heri: cui si vitiosa libido
Secerit auspiciam: cras ferramenta Theannum,
Tolletis fabri lectus genialis in aula est:
Nil ait esse prius / melius nil celibe vita
Si non est: iurat bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantem protheam nobis
Quid pauper? ride: mutat coenacula: lectos:
Balnea: tonsores: conducto nauigio aequae
Nauseat ac locuples quem ducit puua triremis.
Si aratus inaequali tonsore capillos
O carri: rides / si forte subucula pere
Trita subest tunicae / vel si toga dissidet impar:
Rides. quid mea cum pugnat sententia secum?
Quod petijt spernit: repetit quod nuper omisit:
Aestuat: et vice disconuenit ordine toto.

Epistola Prima

Diruit: aedificat: mutat quadrata rotundis.

Insanire putas sollemnia me: neq; rides:

Nec medici credis / nec curato:is egere

A praetore dati: rerum tutela mearum

Cum sis: et praeue sectum stomacheris ob unguem

De te pendens / te respicientis amici.

Ad summam sapiens vno minor est Ioue / dines:

Liber: honoratus: pulcher: rex deniq; regum:

praecipue sanus nisi cum pituita molesta est.

Ad Maximū Lollū. Epist. ij.

✠ Romani belli scriptorem: Maxime Lollū

Dum tu declamas Romae: Praeneste relegi:

Qui quid sit pulchrum: quid turpe: quid utile: qd non:

Planius ac melius Chrysippo ac Crantore dicit.

Cur ita crediderim: nisi quid te detinet: audi.

Sabula: qua Paridis propter narratur amorem

Graecia barbariae lento collisa duello:

Stultorum regum et populorum continet aestus.

Antenor censet belli praecidere causam.

Quid Paris? ut saluus regnet viuatq; beatus:

Libri Quinti

Cogi posse negat. Nestor componere lites
Inter Peliden festinat et inter Atriden:
Hunc amor: ira quidem communiter urit ut: unq;
Qui: quid delirant reges: plectuntur achiui
Seditione: dolis: scelere: atq; libidine: et ira.
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus quid virtus et quid sapientia possit /
Vtile proposuit nobis exemplar Ulixem /
Qui domitor Troiae: multorum prouidus vrbes
Et mores hominum insperit: latumq; per aequos
Dum sibi dum socijs reditum parat: aspera multa
Pertulit / aduersis reum immersabilis undis.
Sirenum voces et Circes pocula nosti:
Que si cum socijs stultus audisq; bibisset:
Sub domina meretrice fuisset turpis et excois:
Dixisset canis immundus: vel amica luto sus.
Nos numerus sumus / et fruges consumere nati:
Sponsi Penelopes: nebulones: alcinoiq;
In cute curanda plus aequo operata iuuentus
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies: et

Epistola Secunda

Ad strepitum citharae cessantum ducere curam:
Ut ingulenti homines surgunt de nocte latrones:
Ut teipsum serues non expergisceris / atqui
Si nolis sanus cures hydropicus : et ni
Posces ante diem libum cum lumine : si non
Intendes animum studijs et rebus honestis:
Inuidia vel amore vigil torquebere nam cur
Quae laedunt oculos festinas demere : si quod
Est animum differis curandi tempus in annum.
Dimidium facti qui caepit habet. sapere aude:
Incipe : viuendi qui recte prorogat annum
Rusticus expectat dum defluat annis : at ille
Labitur et labetur in omne volubilis aenum.
Quaeritur argentum : puerisque beata creandis
Vror : et incultae pacantur vomere siluae.
Quod satis est : cui contingit : nil amplius optet
Non domus et fundus : non aeris aceruus et auri
Aegroti domini deduxit corpore febres :
Non animo curas valeat possessor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat vti

Libri Primi

Qui cupit aut metuit: iuuat illum sic domus aut res.
De lippum pictae tabulae: fomenta podagram:
Auriculas citharae collecta sorde dolentes.
Sincera est nisi vas quodcumq; infundis acescit.
Semper voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Sperne auarus eget: certum voto pete finem.
Inuidus alterius rebus marcescit opimis /
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Mans toimentum. qui non moderabitur irae:
Infectum volet esse dolor quod suaserit et mens:
Dum poenas odio per vim festinat inulto.
Ira furor brevis est. animum rege: qui nisi pareat
Imperat: hunc frenis / hunc tu compesce cathena.
Singit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam quam monstrat eques. venaticus ex quo
Tempore cerninam pellem latrauit in aula /
Militat in siluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore verba puer: nunc te melioribus offer /
Quo semel est imbuta recens seruat odor et
Testa diu. q; si cessas / aut strenuus ante is:

Epistola Secunda

Nec tardum operior: nec precedentibus insto.

Ad Juliū Florū. Ep̄la Tertia.

i Oli flore quibus terrarum militet oris /

Claudius Augusti prinignus scire laboro.

Thrace ne vos Hebraisq; iurati compede vinctus:

An freta vicinas inter currentia turres:

An pingues Asiae campi / collesq; moerentur.

Quid studiosa cohors operum struit, haec quoq; curo

Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit:

Bella quis et paces longum diffundit in aevum.

Quid Ticius / Romanae veni venturus in ora /

Pindarici fontis qui non expalluit haustus

Sastidire lacus et riuos ausus apertos:

Ut valet: ut meminit nostri: fidibus ne latinis

Thebanos aptare modos studet auspice musa:

An tragica desaeuit et ampullatur in arte.

Quid mihi Celsus agit: monitus multumq; monendus

Puuitas ut quaerat opes: et tangere vitet

Scripta / palatinus quaecunq; recepit Apollo /

Ne si forte suas repetitum venerit olim

Libri Primi

Grex animum plumas : moueat comicula risum
Furtinis nudata coloribus. ipse quid ardes /
Que circum volitas agilis thyma : non tibi paruum
Ingenium / non incultum est : nec turpiter hirtum.
Seu linguam causis acuis : seu cuncta iura
Respondere paras : seu condis amabile carmen /
Prima feres hederae victricis praemia. q̄ si
Frigida curarum fomenta relinquere posses /
Quo te caelestis sapientia duceret ires.
Hoc opus / hoc studium parui pperemus et ampli:
Si patrie volumus / si nobis viuere chari.
Debes hoc etiam rescribere / sit tibi curae
Quanta conueniat Numacius : an male sarta
Gratia nequicq̄s coit / et rescinditur. at vos
Seu calidus sanguis : seu rerum inscicia verat
Indomita cernice feros : ubicunq̄ locorum
Vinitis / indigni fraternum rumpere foedus :
Pascitur in vestrum reditum votina iuuenca.
Ad Albium amicū suū epla. iiii.

a Ubi nostrorum sermonum candide iudex

B

Epistola Quarta

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana /
Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.
An tacitum silvas inter reptare salubres
Curantem quicquid dignum sapiente bonoque est.
Non tu corpus eras sine pectore: dū tibi formam:
Dū tibi diuicias dederant / artemque fruendi.
Quid voneat dulci nutricula maius alumno
Quā sapere: et fari possit quae sentiat: et cui
Gratia: fama: valitudo contingat abunde:
Et mundus victus non deficiente crumena.
Inter spem: curamque: timores: inter et iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:
Grata superveniet quae non sperabitur hora.
Me pinguem et nitidum bene curata cute vises
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Ad Torquatum. Epist. v.

Ipotes archaicis conuina recumbere lectis:
Nec modica cenare times olus omne patella:
Supremo te sole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum Tanro diffusa: Palustres

Libri Primi

Inter Minturnos / Sinuessanumq; petrinum
Si melius quid habes arcesse: vel imperium fer:
Iamdudum splendet focus: et ibi munda sup peller:
Mitte leues spes et certamina diuitiarum:
Et Moschi causam / cras nato Caesare festus
Dat veniam somnumq; dies: impune licebit
Aestiuam sermone benigno extendere noctem.
¶ Quo mihi fortuna si non conceditur uti:
Parcus ob heredis curam nimiumq; seuerus
Assidet insano. potare et spargere flores
Incipiam: paciarg; vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat: operta recludit:
Spes iubet esse ratas: ad praelia trudit inermen:
Sollicitis animis onus eximit: ac docet artes.
Soecundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Haec ego procurare et idoneos impero: / et non
Inuitus: ne turpe toral: ne sordida mappa
Corrug et nares: nec non et cantarus et lanx
Ostenda t tibi te: ne fidos inter amicos

Epistola Sexta

Sit qui dicta foras eliminaret: ut coeat par
Jungaturq; pari / Burtam tibi Septimumq;
Et nisi coena prior: potiorq; puella sabinum
Detinet. ad summam locus est et pluribus vmbis
Sed nimis arcta premunt olivae conuiuia caprae.
Tu quotus esse velis rescribe: et rebus omissis
Atria seruantem postica falle clientem.

Ad Numitium Epistola. vi.

¶ Il admirari prope res est vna Numici
Solaq; quae possit facere et seruare beatum
Hunc solem et stellas et decedentia certis
Tempora momentis. sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent. quid censes munera terrae:
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra / quid plausus / et amici dona quiritis
Quo spectanda modo: quo sensu credis: et ore?
Qui timet his aduersa / fere miratur eodem
Quo cupiens pacto: pauci est utrobique molestus:
Improuisa simul species exterret utrumq;
Gaudeat an doleat / cupiat metuatur: quid ad rem

Libri Primi

Si quicquid vidit melius petisue sua spe /
Defixis oculis animoque et corpore torpet.
Insani sapiens nomen ferat: aequus iniqui
Ultra quae satis est virtutem si petat ipsam.
Nunc argentum / et marmor vetus / aeraque / et artes
Suspice: cum gemmis Tyrios mirare colores.
Gaude quae spectant oculi te mille loquentem.
Gnaeus mane forum et vespertinus pete tectum /
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutius / indignum quae sit peioribus ortus /
Hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.
Quaequid sub terra est in apicem proferat aetas:
Defodiet: condetque nitentia cum bene notum
Porticus Agrippae / et via te conspexerit Appii /
Ire tamen restat Numae quo devenit et Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto
Quaere fugam morbi vis recte vivere: quis non:
Si virtus hoc una potest dare / fortis omissis
Hoc age delicijs virtutem verba putas: ut
Lucum ligna caue ne portus occupet alter:

Bij

Epistola Sexta

Ne Cybira ne Bythina negocia perdas
Mille talenta rotundentur: totidem altera porro:
Tertia succedant: et quae pars quadiet acernum.
Scilicet uxorem cum dote: fidemq; et amicos:
Et genus: et formam: regina pecunia donat.
Ac bene nummatum decorat suabela / venusq;
Mancipijs locuples eget aeris Cappadocum rex:
Ni fueris hic tu / chlamides Lucullus: ut aiunt:
Si posset centum scenae praebere rogatus:
Qui possum tot? ait: tamē et quaeram et quod habebō
Mittam: post paulo scribit sibi milia quinq;
Esse domi chlamidum: partem: vel tolleret omnes.
Exilis domus est / ubi non et multa supersunt:
Et dominum fallunt: et prosunt furibus. ergo
Si res sola potest facere et seminare beatum:
Hoc primus repetas opus hoc postremus omittas.
Si fortunatum spes et gratia praestat:
Mercentur seruum qui dicet nomina: saenum
Qui fodiat latus: et cogat trans pondera dextram
Porrigere: hic multum in Sabia: ille Velina /

Libri Primi

Cuilibet hic fascies dabit: eripietq; curule

Cui volet importunus ebur. frater: pater adde

Vt cuiq; est etas: ita quemq; facetus adopta.

Si bene coenat bene viuít / lucet: eamus

Quo ducit gula: piscemur: venemur / vt olim

Gargilius qui mane plagas: venabula: seruos:

Differtum transire foum populumq; iubebat /

Vnus vt e multis populo spectante referret

Emptum mulus apum. crudi tumidiq; lanemur /

Quid deceat: quid non: obliu: Cerite cera

Digni / remigium vitiosum Ithacensis Olyrei /

Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

Si (.Mynemus vti censet.) sine amore iocisq;

Nil est iocandum: vinas in amore iocisq;

Vine: vale. si quid nouisti rectius istis /

Candidus impari: si non / his vtere mecum.

Ad Horrenatem. Epila. viij.

q Vinq; dies tibi pollicitus me rure futurum /

Sextile n totum mendax desidero. atqui

Si me vis viuere recteq; videre valentem:

Epistola Septima

Quam mihi das aegro / dabis aegrotare vimenti
Moenas veniam dum fians prima / calorq;
Designatorem decorat lictoribus atris:
Dum pueris omnis pater et matercula pallet:
Officiosaq; sedulitas: et opella forensis
Abducit febres: et testamenta resignat:
Quod si buuma nives Albanis allinet agris:
Ad mare descendet vates tuus: et sibi parcat:
Contractusq; leget: te dulcis amice reu iset
Cum zephyris: si concedas: et hirundine prima
Non quo more piris vesci Calaber iubet hospes
Tu me fecisti locupletem. vescere sodes /
Jam satis est. at tu quantum vis tolle benigne:
Non iniusa feres pueris munuscula paruis /
Tam teneor dono / q̄ si diuittar onustus:
Ut libet: haec porcis hodie comedenda relinques:
Prodigus et stultus donat quae spernit et obit /
Haec seges ingratos tulit et feret omnibus horis:
Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratum:
Nec tamen ignorat quid distent aera lupinis:

Libri Primi

Dignum praestabo me etiam pro laudo merentis.
Quod si me noles usquam discedere: reddes
Sorte latus: nigros angusta fronte capillos:
Reddes dulce loqui: reddes ridere deorum: et
Inter vina fugam Cynarae merere proterues
Sorte per angustam tenuis vulpecula rimam
Resperat in cumeram frumenti: pastaq; rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra.
Cui mustela / procul si vis: ait: effugere istinc /
Macra cauum repetas arctum quem macra subisti
Hac ego si compello: imagine: cuncta resigno.
Nec somnum plebis laudo sator: altitium: nec
Otia diuitijs Arabum liberrima muto.
Sepe verecundum laudasti: rexq;: paterq;
Audiisti coram: nec verbo partius absens.
Inspice si possum donata reponere laetus:
Haud male Telemachus: proles patientis Ulisei:
Non est aptus equis Ithacae locus: ut neq; plenis
Porrectus spacijs: nec multae prodigus herbae
Arride: magis apta tibi tua dona relinquam.

Epistola Septima

Paruum parua decent. mihi iam non regia Roma:
Sed vacuum Tibur placet: aut imbelles Tarentum.
Strenuus: et fortis: causisque Philippus agendis
Clarus ab officiis: octavam circiter horam:
Dum redit: atque foro nimium distare carinas
Jam grandis natu queritur: consperit / ut aiunt /
Abasum quendam: vacua tonsoris in umbra:
Cultello proprios purgantem leniter unguis.
Demetri (.puer hic non leue iussa Philippi
Accipiebat.) abi quaere et refer unde domo: quis:
Cuius fortunae: quo sit patre: quone patrono.
Id: redit: et narrat Dulcium nomine Menam:
Preconem: tenui censu: sine crimine notum:
Et properare loco: et cessare: et quaerere: et uti:
Gaudentem parvisque sodalibus: et lare certo:
Et ludis: et post decisa negotia campo.
Scitari libet ex ipso quodcumque refers: dic
Ad coenam veniat. non sane credere Mena:
Mirari se. um tacitus. quid multa? benigne
Respondet. negat ille mihi? negat improbus: et te

Libri Primi

Negligit: aut horret. Dulceium mane philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat: et saluere iubet prior ille philippo
Excusare laborem et mercennaria vincla:
Quod non mane domum venisset: denique quod non
Prouidisset eum, sic ignouisse putato:
Me tibi: si coenas hodie mecum, ut libet, ergo
Post nonam venies: nunc i rem strenuus auge:
Ut ventum ad coenam est / dicenda tacenda locutus:
Tandem dormitum dimittiture, hinc ubi saepe
Occultum visus decurrere piscis ad hamum:
Mane cliens: et iam certus conuicta: iubetur
Rura suburbana indictis comes ire latinis.
Impositus mannis: aruum: caelumque sabinum
Non cessat laudare, videt: ridetque philippus.
Et sibi dum requiem: dum risus undique quaerit:
Dum septem donat sestertia: mutua septem
Promittit: persuadet uti mercetur agellum.
Mercatur / ne te longis ambagibus ultra
Quam satis est moer / ex nitido fit rusticus: atque

Epistola Septima

Sulcos et vineta crepat mera : preparat vltimos :

Immoritur studijs : et amore senescit habendi.

Verum vbi oues furto : morbo periere capellae :

Spem mentita seges : bos est enectus arando :

Offensus damnis : media de nocte caballum

Arripit : iratusq; philippi tendit ad aedes :

Quem simul asperit scabium intonsumq; philippus

Durus ait Vultei nimis attentusq; videris

Esse mihi. Pol : me miserum patrone vocares :

Si velles : inquit : verum mihi dicere nomen /

Qui te per genium : dextramq; : deosq; penates

Obsecro et obtestor : vitae me reddere prior.

Qui simul asperit quantum dimissa petitis

praestent : mature redeat : petatq; relicta.

Metiri se quenq; suo modulo ac pede verum est.

Celso Albinouano. Epist. viij.

celso gaudere et bene rem gerere Albinouano

Musa rogata refer : comiti scribeq; Teronis

Si quaeret quid agam : dic multa pulchra minantem

Vivere nec recte nec suauiter : haud quia grando

Libri Primi

Contuderit vites : oleamq; momorderit aestus
Nec quia longinquis armentum aegrotet in aruis /
Sed quia mente minus validus q̄ corpore toto
Nil audire velim : nil discere quod leuet aegrum.
Sedis offendar medicis : irascar amicis
Cur me funesto properent arcere veterno.
Quae nocuere sequar : fugiam quae profore credam.
Romae Tibur amem : ventosus Tibure Romam.
Post haec : ut valeat : quo pacto rem gerat et se :
Ut placeat iuveni percontare : utq; cohorti.
Si dicet recte : primum gaudere : subinde
Praeceptum auriculis hoc instillare memento :
Ut tu fortunam / sic nos te Celse feremus.

Ad Claudium Aeronē. ep̄la. ix.

¶ Eptimius : Claudi : nimirum intelligit vnus
Quanti me facias. nā me rogat / et prece cogit
Scilicet ut tibi se laudare et tradere coner.
Dignum mente domoq; legentis honesta Aeronis
Munere cum fungi propioris censet amici.
Quid possim videt : ac nouit me valdius ipso.

¶

Epistola Decima

Multa quidem dixi cur excusatus abirem:
Sed timui mea ne finisse minora putarer
Dissimulatoꝝ opis propriae: mihi commodus vni.
Sic ego maioris fugiens obprobria culpae
Frontis ad urbanae descendi praemia .q̄ si
Depositum laudas: ob amici iussa: pudorem
Scribe tui gregis hunc: et fortem crede bonumq̄.

Ad fuscū Aristium. Ep̄la. x.

v Xbis amatorem fuscum saluere iubemus

Ruris amatores: hac in re scilicet vna

Multum dissimiles: ad caetera pene gemelli /

Fraternis animis: quicquid negat alter: et alter /

Annuimus pariter vetuli notiq̄ columbi.

Tu nidum seruas: ego laudo ruris amoent

Riuos: et musco circumlita saxa / nemusq̄

Quid quaeris? vino et regno simul ista reliqui

Quae vos ad caelum fertis rumore secundo.

Vtq̄ sacerdotis fugitiuus liba recuso /

Pane egeo: iam mellitis potiore placentis

Vivere naturae si conuenienter oportet:

Libri Primi

Ponenda aeq̃ domo quaerenda est aera p̃imum
Novisti ne locum potioꝛem rure beato ?
Est vbi plus tepeant hyemes ? vbi gratioꝛ antea
Leniat et rabiẽm canis : et momenta leonis
Cum semel accepit solem furibundus acutum ?
Est vbi diuellat somnos minis inuida cura ?
Deterius Libicis olet aut nitet herba lapillis ?
Purio: in vicis aqua tendit rumpere plumbum :
Quã que per pronum trepidat cum murmure riuum
Nempe inter varias nutritur silua columnas :
Laudaturq̃ domus longos quae prospicit agros.
Naturam expellas furca / tamen vsq̃ recurret:
Et mala perumpet furtim fastigia victric.
Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatẽ potantia vellerã succum /
Certius accipiet damnum / propiusue medullis :
Quã qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectauere secundae:
Mutatae quatient / si quid mirabere: pones
Inuitus . fuge magna . licet sub paupere tecto

C 9

Epistola Decima

Reges : et regum vita praecurrere amico s.
Cervus equum : pugna melior: communibus herbis
Pellebat : donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis : frenumq; recepit
Sed postq; victor violens discessit ab hoste:
Non equitem dorso : non frenum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus : potiore metallis
Libertate caret : dominum vehet improbus : atq;
Serviet aeternum : qui parvo nescit uti:
Cui non conveniet sua res : ut calceus olim
Si pede maior erit / subvertet : si minor / uret.
Lactus sorte tua viues sapienter Aristi /
Nec me dimittes incastigatum : ubi plura
Cogere q; satis est : ac non cessare videbor.
Imperat aut servit collecta pecunia cuiq;
Totum digna sequi potius q; ducere funem :
Haec tibi dictabam post fanum putre Vacumne:
Excepto q; non simul esses : caetera lactus .

Ad Bullatium . Epistola . xi .

q Vid tibi visa Chios Bullati notaq; Lesbos

Libri Primi

Quid concinna Samos : quid Cresi regia sardis
Smirna quid et Colophon maiora minoraue fama
Cuncta ne pie campo et Tyberino flumine sordent ?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una ?
An Lebedum laudas odio maris atq; viarum ?
Scis Lebedus quid sit : Gabijs desertior : atq;
Sidenis vicis : tamen illic venere vellem :
Oblitusq; meorum : obliuiscendus et illis :
Neptunum procul e terra spectare furentem.
Sed neq; qui Capua Romam petit : imbre lutoq;
Aspersus volet in carpona viuere : nec qui
Frigus collegit furnos et balnea laudat
Ut fortunatam plane prestantia vitam.
Nec si te validus iactauerit auster in alto :
Iccirco nauem trans Aegeum mare vendas.
Incolomis Rhodos et Mitylene pulchra facit : qd
Penula solstitio : campestre niualibus a uris :
Per buumam Tyberis : sextili mense caminus.
Dum licet : et vultum seruat fortuna benignum :
Rome laudetur Samos et Chios et Rhodos absens
C iij

Epistola Duodecima.

Tu quamcumq; deus tibi fortunauerit horam
Grata sume manu: nec dulcia differ in annum.
Vt quocumq; loco fueris: vixisse libenter
Te dicas. nam si ratio et prudentia curas:
Non locus effusi late maris arbiter aufert.
Caelum non animū mutant qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inercia: nauibus atq;
Quadrigis petimus bene viuere. quod petis hic est:
Est Ulubris: animus si te non deficit aequus.

Ad Iccium. Epistola. XII.

Iuctibus agrippe siculis quos colligis Iccet
Si recte fueris: non est vt copia maior
Ab Ione donari possit tibi: tolle querelas:
Pauper enim non est cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene: si lateri: est: pedibusue tuis: nil
Diuitiae poterunt regalas addere maius.
Si forte in medio positum abstemius: herbis
Viuis: et vrtica: sic viues prothius / vt te
Confestim liquidus fortunae riuus in aures.
Vel quia naturam mutare pecunia nescit:

Libri Primi

Vel quia cuncta putas vna virtute minora:
Miramur si Democriti pecus edit agellos:
Cultraq; dum peregre est animus sine corpore velos
Cum tu inter scabiem tantem et contagia lucri
Nil paruum sapias: et adhuc sublimia cures /
Que mare compescant cause: quid temperet annum:
Stellae sponte sua: iussae ne: vagentur et errent:
Quid premat obscurum lunae: quid proferat orbem:
Quid velit et possit rerum concordia discors:
Empedocles: an Stertini deliret acumen.
Verum seu pisces: seu porum: et caepe trucidas:
Utere pompeio Grospho: et si quid petet: vltro
Defer: nil Grosphus nisi verum orabit et aequum.
Vilis amicorum est amona / bonis ubi quid deest.
Nec tamen ignores quo sit Romana loco res:
Cantaber Agrippae Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit: ius: imperiumq; Phraates
Caesaris accepit: genibus minor aurea fruges
Italiae pleno diffudit copia cornu.
Ad Vinnum Asellā. Ep̄la. xiiij.

Epistola Tredecima.

¶ T proficiscentem docui te saepe diuqz /
Augusto reddes signata volumina Vinni

Si validus : si laetus erit : si deniqz poscet :

Ne studio nostri pecces : odiumqz libellis

Sedulus importes opera vehementer minister :

Si te forte mee grauis vret sarcina chartae /

Abijcito potius : qz quo perferre iuberis

Clitellas ferus impingas : asinaeqz paternum

Cognomen vertas in risum : et fabula fias.

Viribus vteris per diuos : flumina : lamas.

Victor: propositi simulac perueneris illuc :

Sic positum seruabis onus : ne forte sub ala

Fasciculum portes librorum / vt rusticus agnum :

Vt vinosam glomos furtivae Pyrrhia lanae :

Vt cum pilleolo soleas conuiuia tribulis.

Ne vulgo narres te sudauisse ferendo

Carmina : quae possunt oculos auresqz morari

Caesaris : oratus multa prece : nitere poro :

Vade : vale : caue ne titubes : mandataqz frangas.

Ad Billicum suū. Epistola .xiiiij.

Libri Primi

Illice silvarum et mihi me reddentis agelli /
Quem tu fastidis habitatum quinq; focis : et
Quinq; bonos solitum Variam dimittere patres .
Certemus spinas animo ne ego fortius : an tu
Quellas agro : et melior sit Horatius / an res .
Me quis Lamiae pietas et cura moratur
Sratrem merentis / rapto de fratre dolentis
Insolabiliter : tamen istuc mens animusq;
Sert / et amat spacijs obstantia rumpere claustra
Rure ego videntem : tu dicis in vrbe beatum .
Cui placet alterius sua nimirum est odio fors .
Sultus vterq; locum immeritum causatur iniqui /
In culpa est animus qui se non effugit vnq;
Tu mediastinus tacita piece iura petebas :
Nunc urbem : et ludos : et balnea villicus optas .
Me constare mihi scis : et discedere tristem
Quandocunq; trahunt iniuisa negocia Romam .
Non eadem miramur : eo disconuenit inter
Neq; et te : nam quae deserta et in hospita tesqua
Credis : amoena vocat mecum qui sentit : et obit

Ep̄la DecimaQuarta

Quae tu pulchra putas . fomix tibi et vncta popina
Incantant vrbis desiderium video : et q̄
Angulus iste feret piper et thus ocius vna /
Nec vicina subest vinum praebere taberna
Quae possit tibi: nec meretrici tibicina / cuius
Ab strepitum salias terrae grauis : et tamen vrges
Jam pridem non tacta ligonibus arua : bouemq̄
Disiunctum curas : et strictis frondibus exples .
Addit opus pigro riuus si decidit imber
Multo mole / docendus apico parcere prato .
Tunc age: quid nostrum contentum diuidat audi:
Quem tenues decuere toge: nitidiq̄ capilli:
Quem scis immunem Cynarae placuisse rapaci:
Quem bibulum liquidi media de luce falerni
Coena breuis iuuat: et prope riuum somnus in herba
Nec lussisse pudet: sed non incidere ludum .
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat: non odio obscuro morsuq̄ venenat:
Rident vicini glebas et saxa mouentem .
Cum seruis urbana diaria reddere manis /

Libri Primi

Homin tu in numerum voto ruis . inuidet vsus
Lignorum : et pecoris tibi calo argutus : et hori .
Optat ephippia bos piger : optat arare caballus .
Quam scit uterq; libens censebo exerceat artem .

Ad Salam . Epistola . xv .

q De sit hyems Velie / quod caelū Vala Salerni /
Quouū hoim regio et qualis via . nā mihi Baias

Musa superuacuas Antonius : et tamen illis
Me facit inuisum / gelida cum perlucet vnda
Per medium frigus / sane myrteta relinqui :
Dictaq; cessantem nervis elidere morbum :
Sulfura contemni : vicus gemit inuidus aegris
Qui caput et stomachum supponere fontibus audens
Clusinis : Sabiosq; petunt : et frigida rura .
Mutandus locus est : et diuersoria nota
Praeter agendus equus . quo tendis ? non mihi Cumas
Est iter : aut Baias : leua stomachosus habena
Dicet eques : sed equo frenato est auris in ore .
Maiores utrum populum frumenti copia pascat .
Collectos ne bibant imbres : puteosue perennes

Epistola Decimasexta

Jungis aquae: nam vina nil moror illius orae:
Rure meo possum quiduis perferre patiq;
Ad mare cum veni genorosum et lene requiro:
Quod curas abigat: quod cum spe diuite manes
In venas animumq; meum: quod verba ministret:
Quod me Lucanae iuuenem commendet amicae.
Tractus vter pluris lepores: vter educet apes:
Vtra magis pisces et echinos aequora caelent.
Pinguis ut inde domum possim phearg; reuerti:
Scribere te nobis: tibi nos ac credere par est.

Ad Eundem. Epistola .xvi.

m Enius ut rebus maternis atq; paternis
Sortiter assumptis urbanis cepit haberi
Scurra vagus: non qui certum praesepere teneret
Impianus: nec qui cūem dinosceret hoste:
Quaelibet in quemvis opprobria fingere saeuus:
Pernities et tempestas baratrumq; macelli:
Quicquid quaesierat ventri donabat auaro.
Hic ubi nequiciae fautoribus et timidis nil
Aut paulum abstulerat: patinas coenabat omasi

Libri Primi

Vilis et agnini: tribus visis quod satis esset.
Scilicet ut ventres lama candente nepotum
Diceret viendos coreptus. bestius idem
Quicquid erat nactus praedae maioris: ubi omne
Verteret in fumum et cinerem: non hercle miror:
Nebat: si qui commedunt bona: cum sit obeso
Nil melius turdo: nil vulva pulchius ampla.
Nimirum hic ego sum: nam tuta et paruula laudo
Cum res deficiunt / satis inter vilia fortis:
Verum ubi quid melius contingit et vinctius: idem
Vos sapere: et solos animo bene viuere: quoum
Conspicitur nitidis fundata pecunia vilis.

Ad quintum Epistola xvij.

n **E**perconteris fundus meus optime. Quinti
Aruo pascat herū / an baccis opulenter oliue:
Pomis ne et pratis: an amicta vitibus ulmo:
Scribentur tibi forma loquatiter: et situs agri.
Continui montes / nisi disorientur opaca
Valle: sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol:
Laeuum descendens curru fugiente vaporet:

D

Ep̄la Decima Septima

Temperiem laudes. quid si rubicunda benigne
Coma vepres et pruna ferent: et quercus et ilex
Multa fruge pecus: multa dominum iuuet umbra:
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus: vt nec
Frigidior Thracam nec purior ambiat Hebus:
Infirmo capiti fluit aptus: et utilis aluo.
Hae latebre dulces: etiam si caedis amena:
In columem tibi me praestant septembribus horis
Tu recte vinis si curas esse quod audis.
Iactamus iam pudem omnis te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plus q̄z tibi caedas:
Neue putes alium sapiente bonoq; beatum:
Neu si te populus sanum recteq; valentem
Dictitet: occultam febrem sub tempus edendi
Dissimules: donec manibus tremor incidat vinctis.
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata mariq;
Dicat: et his verbis vacuas permulceat aures
Tene magis saluum populus velit / an populum tu

Libri Primi

Seruet in ambiguo qui consulit et tibi et urbi
Iupiter / Augusti laudes agnoscere possis
Cum pateris sapiens emendatusq; vocari:
Respondes ne tuo dic sedes nomine? nempe
Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie: cras / si volet / auferet: ut si
Detulerit fasces indigno: detrahet idem.
Pone: meum est: inquit, pono: tristisq; recedo.
Idem si clamet furem: neget esse pudicum:
Contendat laqueo collum pressisse paternum:
Mordeat opprobrijs falsis / mutemq; colores?
Falsus honor iuuat: et mendax infamia terret:
Quem? nisi mendosus et mendacem, vir bonus est qis?
Qui consulta patrum: qui leges: iuraq; seruat:
Quo multae magnaeq; secantur iudice lites:
Quo responsore: et quo causae teste tenentur.
Sed videt hunc omnis domus et vicinia tota
Introsam turpem: speciosum pelle decorat.
Nec furtum feci: nec fugi: si mihi dicat
Seruus: habes precium / laus non vreris a io.

Dij

Ep̄la Decima Septima

Non hominem occidit : non pasces in cruce conuos.
Sum bonus et frugi : renuit negat atq; sabellus.
Cautus enim metuit foueam lupus : accipiterq;
Suspectos laqueos : et opertum miluius hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore :
Oderunt peccare mali formidine poenae.
Tu nihil admittes in te formidine poenae.
Sit spes fallendi / miscebis sacra prophanis.
Nam de mille fabae modijs cum surripis vnum
Damnum est : non facinus mihi pacto leuius isto.
Vir bonus : omne foum quem spectat et omne tribunal
Quandocunq; deos vel porco vel boue placat /
Iane pater clare dixit : cum dixit Apollo
Labia mouet metuens audiri : pulchra Lauerna
Da mihi fallere : da sanctum iustumq; videri :
Noctem peccatis : et fraudibus obijce nubem.
Quo melior seruo : quo liberior sit auarus
In triuijs fixum cum se demittit ob assens
Non video. nam qui cupiet : metuet quoq; porco :
Qui metuens viuit liber mihi non erit vnq;.

Libri Primi

Perdidit arma: locum virtutis deseruit: qui
Semper in augenda festinat et obviatur re.
Vendere cum possis captivum occidere nolis.
Serviet utiliter: sine pascat durns: aretqz:
Nauiget: ac medijs hiemet mercator in undis:
Annonae proffit: portet frumenta / penusqz
Vir bonus ac sapiens audebit dicere Penthen
Rector Thebarum: quid me perferre patiqz
Indignum coges? ad imā bona. nempe pecus: rem
Lectos: argentum. tollas licet. et manibus et
Compedibus saeno te sub custode tenebo.
Ipse deus simulatqz volam me soluet opinor.
Haec sentit. moriar. mors ultima linea rerum est.

Ad Scenam. Epila. xviii.

q Quāvis Scena satis p te tibi consulis et scis
 Quo tandem pacto deceat maioribus uti
Disce docendus adhuc quid cōset amicus: ut si
Caecus iter monstrare velit: tamen aspice si quid
Et nos quod cures proprium fecisse loquamur.
Si te grata quies: et pūnam somnus in horam

Dij

Epistola Decima Septima.

Delectat : si te puluis / strepitusq; rotarum /
Si ledat caupana : Serentinum ire iubebo.
Nam neq; diuitibus contingunt gaudia solis :
Nec vixit male qui natus moriensq; sefellit.
Si prodesse tuis : pauloq; benignius ipsum
Te tractare voles : accedes sicus ad vinctum.
Si pranderet olus / patienter regibus vti
Nollet Aristippus. si sciret regibus vti /
Fastidiret olus qui me notat. vtrius hominis
Verba probes et facta : doce : vel iunior audi.
Cur sit Aristippi potior sententia. nanq;
Mordacem cynicum sic eludebat : vt aiunt :
Scurro : ego ipse mihi : populo tu / rectius hoc et
Splendidius multo est equus vt me portet : alat rex
Officium facio : tu possis vilia : verum es
Dante minor / quis defers nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color : et status : et res :
Tentantem maiora fere : praesentibus aequum.
Contra quem duplici panno patientia velat
Mirabor : vitae vie si conuersa decebit /

Libri Primi.

Alter purpureum non expectabit amictum:
Quilibet indutus celeberrima per loca vadet:
Personamq; feret non in concinnis vtranz;
Alter Nyleti textam cane peius et angue
Vitabit chlamidem: morietur frigore si non
Rettuleris pannum: refer: et sine viuat ineptus.
Res gerere: et captos ostendere ciuibus hostes
Attingit solium Iouis / et caelestia tentat.
Principibus placuisse viris non vltima laus est.
Non cuius homini contingit adire Corinthum:
Sedit qui timuit ne non succederet: esto:
Quid qui peruenit? fecit ne viriliter? atqui
Hic est / aut nusqm̄ quod quaerimus. hic omnis horret
Ut paruis animis et paruo corpore maius:
Hic subit / et perfert. aut virtus nomen inane est:
Aut decus et precium recte petit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacentes
Plus poscente ferent. distat sumas ne pudenter
An rapias: atqui rerum caput hoc erat / hic fons.
Indotata mihi soror est: paupercula mater:

Ep̃la Decima Octava

Et fundus nec vendibilis / nec pascere firmus
Qui dicit : clamat victum date. succinit alter
Et mihi diuiduo findetur munere quadra
Sed tacitus pasci si posset conus / haberet
Plus dapis / et rixae multo minus / inuidiaeq;
Bundusum comes aut Surrentum ductus amoenum
Qui queritur salebras : et acerbum frigus : et imbres
Et cistam effractam : et subducta viatica plorat /
Nota refert meretricis acumina : saepe catellam :
Saepe periscelidem raptam sibi flentis / uti mor
Nulla fides damnis verisq; doloribus adsit.
Nec semel irrisus truijs attollere curat
Fracto curae Plai. : licet illi plurima manet
Lachryma : per sanctum iuratus dicat Osirim
Craedite: non ludo : crudeles tollite claudum
Quaere peregrinum vicinia rauca reclamationat.

Ad Lolium. Ep̃la. xix.

¶ Bene te noui metues liberrime Lolli
Scurrantis spetiem p̃bere / professus amicis
Ut matrona meretrici dispar erit : atq;

Libri Primi

Discolor infido : scurrae distabit amicus.

Est huic diuersum vicio vitium prope maius

Asperitas agrestis / et inconcinna / grauisq̃ :

Quae se commendat tonsa cute : dentibus atris :

Dum vult libertas mera dici veraq̃ virtus.

Virtus est medium vitiorum vtrinq̃ reductum.

Alter in obsequium plus aequo pronus : et imi

Derisor lecti : sic mutum diuitis horret :

Sic iterat voces : et verba cadentia tollit /

Vt puerum saeuo credas dictata magistro

Reddere : vel partes minimum tractare secundas.

Alter rixatur de lana saepe caprina :

Propugnat nugis armatus : scilicet vt non

Sit mihi prima fides : et vere quod placet : vt non

Acriter elatrem : precium actus altera sordet.

Ambigitur quid enim Castor sciat an Docilis plus :

Bundusium Numici melius via ducat an Appi.

Quem damnosa Venus : quem preceps alea nudat :

Gloria quem supra vires et vestit et vngit :

Quem tenet argenti sitis importuna famesq̃ :

Epistola Decima Nona

Quem paupertatis pudor et fuga: diues amicus
Saepe decem vitis instructior: odit et horret /
Aut si non odit: regit ac veluti pia mater /
Plus q̄ se sapere: et virtutibus esse priorem
Vult: et ait prope vera. mee contendere noli
Stulticiam paciuntur opes: tibi paruula res est:
Arcta decet sanum comitem toga / desine mecum
Certare. Eutrapielus cuiusq̄ nocere volebat
Vestimenta dabat preciosa: beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumet noua consilia et spes:
Dormiet in lucem: scorto postponet honestum
Officium: nummos alienos pascet: ad innum
Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neq̄ tu vllius scrutaberis vnq̄.
Commissumq̄ teges et vino tortus et ira
Nec tua laudabis studia aut aliena reprimas.
Nec cum venari volet ille / poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorū: Amphionis atq̄
Zeti dissiluit: donec suspecta seuero
Conticuit lyra: fraternis cessisse putatur

Libri Primi

Mouibus Amphion. tu cede potentis amici
Lenibus imperijs. quotienscunq; educet in agros
Aetholijs onerata plagis iumenta / canesq; ;
Surge : et inhumae senium deponere camenae :
Coenes vt pariter pulmenta laboribus empta.
Romanis solenne viris opus vtile famae :
Vitaeq; / et membris : presertim cum valeas et
Vel cursu superare canem : vel viribus apium
Possis. adde virilia q; speciosius arma
Non est qui tractet : scis quo clamore coronae
Praelia sustineas campestria. deniq; saeuam
Miliciam puer : et Cantabrica bella tulisti
Sub duce / qui templis Parthorum signa refixit :
Nunc et si quid abest Italis adiudicat armis.
Ac ne te retrahas / et inexcusabilis absis :
Quuis nil extra numerum fecisse modumq;
Curas : interdum mugaris rure paterno /
Partitur lintres exercitus : Actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur :
Aduersarius est frater : laue Adria : donec

Epistola Decima Nona

Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Consentire suis studijs qui crediderit te
Sauto: utroq; tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam: si quid monitoris eges tu:
Quid de quoq; viro: et cui dicas: saepe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est:
Nec retinent patulae commissa fideliter aures:
Et semel emissum volat irremocabile verbum.
Non ancilla tuum iecur ulceret vlla / puerue
Inter marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri charaene puella
Munere te parvo beet: aut incommodus angat.
Qualem commendes etiam atq; etiam aspice: ne mor
Incutiant aliena tibi peccata pudorem:
Fallimur et quendam non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premet deceptus omitte tueri!
Ut penitus notum: si tentent crimina serues
Tuterisq; tuo fidentem praesidio: qui
Dente theonino cum circumroditur. ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis:

Libri Primi.

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet:

Et neglecta solent incendia sumere vires.

Dulcis in expertis cultura potentis amici /

Expertus metuit, tu dum tua navis in alto est

Hoc age: ne mutata retrosum te ferat aura.

Oderunt hilarem tristes: tristemque iocosi:

Sedatum celeres: agilem gnatumque remissi:

Potiores bibuli media de nocte falerni

Oderunt porrecta negantem pocula: quis

Nocturnos iures te formidare tepores.

Deme supercilio nubem, plerumque modestus

Occupat obscuri spetiem: taciturnus acerbi.

Inter cuncta leges et per contabere doctos

Qua ratione queas traducere leniter aevum:

Nec te semper inops agitet veretque cupido:

Non pavor: et rerum mediocriter utilium spes.

Virtutem doctrina paret / natura ne donet:

Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum:

Quid pure tranquillet honos: an dulce lucellum:

An secretum iter / et fallentis semita vitae?

℞

Epistola Vicesima

Me quotiens reficit gelidus Digentia riuus :
Quem Mandela bibit rufosus frigore pagus :
Quid sentire putas : quid credis amice precari ?
Sit mihi quod nunc est : etiam minus : ut mihi viuam
Quod superest aevi / si quid superesse volunt dii :
Sit bona librorum : et prouisae frugis in annum
Copia / neu flitem dubiae spe pendulus horae.
Sed satis est orare Iouem : qui donat : et aufert :
Det vitam : det opes / aequum mi animum ipse parabo.
Ad Mecenatem. Epila .xx.

p Risco si credis Mecenat docte Cratino /
Nulla placere diu nec viuere carmina possunt
Quae scribuntur aquae potuibus : ut male sanos
Adscripsit Liber Satyris Saunisque poetas /
Vina fere dulces oluerunt mane camenae :
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunq̄ : nisi potus : ad arma
Profiliit dicenda : forum putealq̄ Libonis
Mandabo siccis : adinam cantare seueris.
Hoc simul edixit : nec cessare poete

Libri Primi.

Nocturno certare mero / putere diurno.
Quid ? si quis vultu tonno ferus : et pede nudo :
Erigna aeq; togae simulet textore Catonem ?
Virtutem ne representet moresq; Catonis ?
Rupit hiarbitam Timagenis aemula lingua
Dum studet urbanus / teditq; disertus haberi.
Decipit exemplar vitij's imitabile: q; si
Pallerem casu / biberent exangue cuminum
O imitatores : seruum pecus : vt mihi saepe
Bilem : saepe iocum vestri mouere tumultus.
Libera per vacuum posui vestigia princeps :
Non aliena meo pressi pede. qui sibi fidit
Dux reget examen : Paris ego primus iambo
Ostendi latio : numeros animosq; secutus
Archilochi : non res et agentia verba Lycambem.
Ac ne me folijs ideo breuioribus omnes
Otimui mutare modos et carminis artem.
Temperat Archilochi musam pede mascula Sapho
Temperat Alcaeus : sed rebus et ordine dispar :
Nec socerum quaerit quem versibus oblinat atris :
Lij

Epistola Vicesima.

Nec sponsae laqueum famoso crimine nectit
Hunc ego : non alio dictum prius ore : latinis
Vulgavi fidicen. iuvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisq; legi manibusq; teneri.
Scire velis mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametq; domi : premat extra limen iniquus.
Non ego ventosa plebis suffragia vendi
Impensis coenarum : et tritae munere vestis
Non ego nobilium scriptorum auditor : et vltor :
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor :
Hinc illae lachrymae. spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare : et nugis addere pondus
Si dixi : rides ait : et Jouis auribus ista
Seruas : fides enim manare poetica mella
Te solum : tibi pulcher. ad haec ego naribus uti
Somido : luctantis acuto ne fecer ungue.
Displicet iste locus clamo / et diludia posco /
Ludus enim genuit trepidum certamen : et iram :
Ira truces inimicitias / et funebre bellum.

Ad Librum suum. Epistola. xxi.

Libri Primi.

¶ **E**rtumnu ianumq; liber spectare videris
Scilicet vt prostes sossorum pumice mundus
Obisti claues et grata sigilla pudico.
Paucis ostendi gemis : et communia laudas /
Non ita nutritus fuge quo discedere gestis :
Non erit emisso reditus tibi. quid miser egi ?
Quid volui ? dices vbi quis te laeserit : et scis
In breue te cogi / cum plenus languet amator.
¶ **S**i non odio peccantis desipit augur :
Charus eris Romae : donec te deserit aetas /
Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
Caeperis : aut tineas pasces taciturnus inertes :
Aut fugies Uticam : aut vnctus mitteris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus : vt ille
Qui male parentem in rupes detrusit asellum
Iratu. quis enim inuitum seruare laboriet ?
Hoc quoq; te manet / vt pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicibus balba senectus.
Cum tibi sol tepidus plures admonerit aures :
¶ **N**e libertino natum patre et in tenui re :

Epla Vicesima Prima

Maiores pennas nido extendisse loqueris :
Ut quantum generi demas / virtutibus addas.
Me primis vrbis belli placuisse domiqz :
Corporis erigui : precanum : solibus aptum :
Trasci celerem / tamen vt placabilis essem.
Sorte meum si quis te percontabitur aeuum :
Me quater vndenos sciat impleuisse decembres
Collegam lepidum quo duxit Lollius anno.

D. Ho. Flacci eplaru liber scdis Ad Augustum. Epla. xxj.

c Um tot sustineas et tanta negotia solus
Res italas armis tuteris / moribus omes /
Legibus emendes incommoda publica : peccem
Si longo sermone morer tua tempora Caesar.
Romulus : et Liber pater : et cum Castore Pollux :
Post ingentia facta deorum in templa recepti :
Dum terras hominumqz colunt genus . aspera bella
Componunt : agros assignant : oppida condunt :
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis . diram qui contudit hydiam /

Libri Secundi.

Notaq; fatali portenta labore subegit:
Comperit inuidiam supremo sine domari
Vrit enim fulgore suo qui pergrauat artes
Infra se positas: extinctus amabitur idem.
Praesenti tibi maturos largimur honores:
Jurandasq; tuum per nomen ponimus aras.
Nil diturum alias / nēl ditum / tale fatentes.
Sed tunc hic populus sapiens et iustus in vno
Te nostris ducibus: te graijs: anteferendo:
Caetera nequaq; simili ratione modoq;
Aestimant: et nisi quae terris semota suisq;
Temporibus defuncta videt: fastidit: et odit.
Sic fautor veterum / vt tabulas peccare vetantes
Quas bisquinq; viri sanxere: et foedera regum:
Vel Gabijs: vel cum rigidis aequata Sabinis:
Pontificum libros annosa volumina vatū
Dicitet Albano musas in monte locutas.
Si quia graecorum sunt antiquissima quaeq;
Scripta vel optima: Romani pensantur eadem
Scriptores trutina / non est q; multa loquamur:

Epistola Vicesima Secunda.

Nil intra est oleam : nil extra est in nuce duris
Venimus ad summum fortunae : pingimus : atq;
Psallimus : et luctamur achiuis doctius vinctis.
Si meliora dies : ut vina : poemata reddit :
Scire velim chartis precium quotus arroget annus /
Scriptor : ab hinc annos centum qui decidit : inter
Perfectos veteresq; referri debet : an inter
Viles atq; novos ? excludat iurgia finis.
Est vetus atq; probus centum qui perficit annos.
Quid qui deperijt minor vno mense vel anno ?
Inter quos referendus erit ? veteres ne poetas ?
An quos et praesens et postera respuit aetas ?
Iste quidem veteres inter ponetur honeste
Qui vel mense brevi vel toto est iunior anno
Vt vni promisso : caudaeq; pilos ut equinae
Paulatina vello / et demo vnum : demo etiam vnum
Dum cadet : elusus ratione ruentis acerui
Qui redit ad fastos / et virtutem aestimat annis /
Miraturq; nihil nisi quod libitina sacrauit.
Ennius et sapiens : et fortis : et alter Homerus

Libri Secundi

Ut critici dicunt: leuiter curare videtur
Quo promissa cadant / et somnia Pithagorea.
Neuius in manibus non est: et mentibus heret
Pene recens: adeo sanctum est vetus omne poema.
Ambigitur quotiens vter vtro sit prior, aufert
Pacuuus doctifamam senis: Actius alti.
Dicitur Afrani toga conuenisse Menandrio:
Plautus ad exemplar siculi properare Epicharmi:
Vincere Cecilius gravitate: Terentius arte.
Hos ediscit: et hos arcto stipata theatro
Spectat roma potens: habet hos muneratq; poetas
Ad nostrum tempus / Leni scriptoris ab aeuo.
Interdum vulgus rectum videt: est vbi peccat.
Si veteres ita miratur / laudatq; poetas
Ut nihil anferat / nihil illis comparet: errat.
Si quedam nimis antique / si pleraq; dure
Dicere credit eos / ignaue multa fatetur:
Et sapit: et mecum facit: et Ioue iudicat aequo.
Non equidem infector / delendaq; carmina Lini
Esse reor: memini quae plagosum mihi paruo

§

Epistola Vicesima Secundi

Orbilium dictare : sed emendata videri :
Pulchraq; et exactis minimum distantia : miror /
Inter quae verbum emicuit si forte deorum : et
Si versus paulo concinnior vnus et alter :
Iniuste totum ducit / venditq; poema.
Indignor quicquam reprehendi : non quia crasse
Compositum illepidere putetur : sed quia nuper /
Nec veniam antiquis : sed honorem et praemia posci
Recte nec ne crocum flo:esq; perambulet Acci
Sabula si dubitem : clament perijisse pudorem
Cuncti pene patres : ea cum reprehendere coner
Quae grauis Aesopus : que doctus Roscius egit :
Vel quia nil rectum / nisi quod placuit sibi dicunt :
Vel quia turpe putant parere minoribus : et quae
Imberbes didicere senes perdenda fateri.
Jam saliare Numae carmen qui laudat : et illud
Quod mecum innotat : solus vult scire videri :
Ingenijs non ille fauet / plauditq; sepultis :
Nostra sed impugnat : nos : nostraq; liuidus odit
Quasi tam graecis nouitas inuisa fuisset

Libri Secundi

Quam nobis : quid nunc esset vetus : aut quid haberet
Quod legeret : tereretque viritim publicus usus ?
Ut primum positis nugari Graecia bellis
Coepit : et in vitium fortuna labier aequa :
Tunc athletarum studiis : nunc arsit equorum :
Marmoris aut eboris fabros aut aeris amavit :
Suspendit picta vultum mentemque tabella :
Tunc tibicinibus : nunc est gausa tragoedis /
Sub nutrice puella velut si luderet infans /
Quod cupide petijt mature plena reliquit.
Quid placet : aut odio est : quod non mutabile credas ?
Hoc paces habuere bonae ventique secundi.
Romae dulce diu fuit et solenne : reclusa
Mane domo vigilare : clienti promere iura :
Cautos nominibus certis expendere nummos :
Maiores audire : minori dicere per quae
Crescere res possent / minime damnosa libido.
Mutavit mentem populus lenis : et calet uno
Scribendi studio . puerique patresque seueri
Fronde comas vincti / coenant : et carmina dictant.

Sij

Epistola. Vicesima Secunda

Ipse ego qui nullos me affirmo scribere versus
Inuenior Parthis mendacior: et pius orto
Sole vigil calamum: et chartas: et serinia posco.
Nauem agere ignarus nauis timet: abrotanum aegro
Non audet nisi qui didicit dare: quod medicorum est
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti doctiq; poemata passim.
Hic error tamen / et leuis haec insania / quantas
Virtutes habeat: sic collige: vatis auarus
Non temere est animus: versus amat / hoc studet vnum:
Detrimenda: fugas seruorum: incendia ridet:
Non fraudem socio pueroue incogitat vllam
Pupillo: viuunt siliquis et pane secundo /
Militiae quanq; piger et malus: utilis urbi /
Si das hoc paruis quoq; rebus magna inuari:
Os tenerum pueri ballumq; poeta figurat:
Torquet ab obscaenis iam nunc sermonibus aures:
Mor etiam pectus praecipit format amicis:
Asperitatis: et inuidiae corrector: et irae:
Recte facta refert: orientia tempora notis

Libri Secundi

Instruit exemplis : inopem solatur et aegrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces : vatem nisi musa dedisset :
Poscit opem chorus : et praesentia numina sentit :
Caelestes implorat aquas docta piece blandus :
Avertit morbos : metuenda pericula pellit :
Impetrat et pacem : et locupletem frugibus annum
Carminibus dii superi placantur : carmine manes.
Agricolae pisci / fortes / pannoque beati /
Condita post frumenta levantes tempore festo
Corpus / et ipsum animum / spe finis dura ferentem
Cum socijs operum : pueris : et coniuge fida
Tellurem porcos : Silvanum lacte piabant :
Floribus et vino Genium : memorem brevis aevi.
Fescenina per hunc inuenta licentia morem /
Versibus alternis opprobria rustica fudit :
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amicabiliter : donec iam saevius aperta
In rabiem coepit verti iocus : et per honestas
Ire domos impune minax / dolere cruento

¶

Epistola Vicesima Secunda

Dente laceffiti: fuit intactis quoq; cura
Conditione super communi: quin etiam lex
Poenaq; lata malo / quae nollet carmine quenq;
Describi: vertere modum: formidine fustis
Ad benedicendum delectandumq; redactis
Graecia capta ferum victorem coepit: et artes
Intulit agresti lacio. sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius: et graue vitus
Munditiae pepulere: sed in longum tamen aeuus
Manserunt: hodieq; manent: vestigia iuris.
Serus enim graecis admonit acumina chartis.
Et post punica bella quietus / quaerere coepit
Quid Sophocles et Tespis et Aeschilus utile ferrent
Tentauit quoq; rem si digne vertere posset:
Et placuit sibi natura sublimis et acer
Nam spirat tragicum satis et foeliciter audet.
Sed turpem putat in scriptis / metuitq; lituram
Creditur ex medio quia res accessit habere
Sudoris minimum. sed habet comoedia tanto
Plus oneris: quanto veniae minus. Aspice Plautus

Libri Secundi.

Quo pacto partes tutetur amantis ephēbi:
Ut patris attenti: lenonis ut insidiosū.
Quantus Dorsennius edacibus in parasitis:
Quā non adstricto percurrat pulpita focco.
Gestit enim nummum in loculos demittere: posthac
Securus / cadat / an recto stet fabula talo.
Quem tulit ad scaenam ventoso gloria curru:
Examinat lentus spectatori: sedulus inflat.
Sic leue / sic paruum est quod laudis auarum
Subruit aut reficit: valeat res ludicra si me
Palma negata macrum: donata rediicit spiritum
Saepe etiam audacem fugat hoc terretq; poetam
Quo numero plures i virtute et honore minores:
Indocti stolidiq; et depugnare parati.
Si discordet eques media inter carmina: poscunt
Aut vsim aut pugiles: his nam plebecula gaudet.
Verum equitis quoq; iam migravit ab aure voluptas
Omnis: ad incertos oculos et gaudia vana
Quattuor aut plures aulea premuntur in horas
Dum fugiunt equitum turmae peditumq; catervis

Epistola Vicesima Secunda

Non trahitur manibus regum fortuna reuoluitis :
Esseda festinant : pilenta : petonita : naues :
Captiuum portatur ebur : captiua corinthus.
Si foret in terris rideret Democritus : sine
Diversum confusa genus panthera camelo :
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora :
Spectaret populum ludis attentius ipsis
Ut sibi praebentem mimo spectacula plura
Scriptores autem narrare putaret a fello
Sabellam surdo nam quae pervincere voces
Qualuere somnum referunt quem nostra theatra
Garganum mugire putes nemus : aut mare tuscum
Tanto cum strepitu ludi spectantur et artes
Diuitiaeque peregrinae : quibus oblitus actor
Cum stetit in scaena concurrat dextera senae
Dixit adhuc aliquid : nil sane quid placet ergo
Lana tarentino violas imitata veneno
Ac ne forte putes me : quae facere ipse recusem
Quae recte tractent alij laudare maligne
Ille per extentum funem mihi posse videtur

Libri Secundi

Ira poeta / meum qui pectus traniter angit:
Irritat: mulcet: falsis terroribus implet
Ut magus: et modo me Thebis modo ponit Athenis
Verum age: et his qui se lectori credere malunt
Quam spectatoris fastidia ferre: superbi:
Curam redde breuem: si munus Apolline dignum
Vis complere libris / et vatibus addere calcem
Ut studio maiora petant Helicon virentem.
Multa quidem nobis facimus mala saepe poetae:
Ut vinea egomet cedam mea: cum tibi libum
Sollicito damus aut fesso: cum ledimur / vnum
Si quis amicorum est ausus reprehendere versum:
Cum loca iam recitata reuoluimus irruocati:
Cum lamentamur non apparere labores
Nostros / et tenui deducta poemata filo:
Cum speramus eo rem venturam / ut simulatq;
Carmina rescieris nos fingere: commodus vltro,
Accersas: et egere vetes: et scribere cogas.
Sed tamen est opera precium cognoscere / quales
Nedituros habeat belli spectata domiq;

Ep̃la Vicesima Secunda

Virtus : indigno non committenda poetae.

Gratus Alexandro regi magno fuit ille:

Cherilus : incultis qui versibus et male natis

Rettulit acceptos regale numisma philippos

Sed veluti tractata notam labemq; remittunt

Atramenta : fere scriptores carmine foedo

Splendida facta linunt. idem rex ille poema

Qui tam ridiculum tam care prodigus emit :

Edicto vetuit / ne quis se praeter Apellem

Pingeret : aut alius Lysippo duceret aera

Sortis Alexandri vultum simulantia. q; si

Judicium subtile videndis artibus illud

Ad libros / et ad haec musarum dona vocares :

Boetum in crasso iurares aere natum.

At neq; dedecorant tua de se iudicia / atq;

Munera : quae multa dantis cum laude tulerunt

Dilecti tibi Virgilius Varusq; poetae

Nec magis expressi vultus per aeanea signa :

Qm̃ per vatis opus mores animiq; virorum

Clarorum : apparent. nec sermones ego mallet

Libri Secundi.

Repentes per humum / q̄z res componere gestas :
Terrarumq̄ situs : et flumina dicere : et arces
Montibus impositas : et barbara regna : tuisq̄
Auspitijs totum confecta duella per orbem :
Claustraq̄ custodem pacis cohibentia Janum :
Et formidatam Parthis / te p̄ncipe / Romam :
Si quantum cuperem possem quoq̄. sed neq̄ paruum
Carmen maiestas recepit tua : nec meus audet
Rem tentare pudor / quam vires ferre recusent.
Sedulitas autem stulte quem diligit / viget /
P̄cipue cum se numeris commendat et arte /
Discit enim citius / meminitq̄ libentius / illud
Quod quis deridet q̄z quod probat et veneratur.
Nil moror officium quod me grauat : ac neq̄ ficto
In peius vultu proponi caereus vsquam /
Nec prae factis decorari versibus opto :
Nec rubeam pingui donatus munere : et vna
Cum scriptore meo capsula porrectus operta
Deferat in vicum vendentem thus / et odores /
Et piper / et quicquid chartis amicitur inemptis

Epistola Vicesima Tertia

Ad Julium Florum Ep[ist]ola. xxiii.

f Lore bono claroq[ue] fidelis amice Teroni:

Si quis forte velit puerū tibi vendere: natum
Tybure vel Gabijs: et tecum sic agat: hic et
Candidus: et talos a vertice pulcher imos:
Siet eritq[ue] tuus nummorum milibus octo
Verna ministerijs ad nutus aptus heriles:
Litterulis graecis imbitus: idoneus arti
Cuilibet: argilla quiduis imitabiur vda:
Quinetiam canet indoctum: sed dulce bibenti.
Multa fidem promissa leuant / vbi plenius aequo
Laudat / venales qui vult extrudere merces.
Res vrget me nulla: meo sum pauper in aere:
Nemo hoc mangonum faceret tibi: non temere a me
Quinuis ferret idem / semel hic cessauit: et vt fit /
In scalis latuit: metuens pendentis habenae /
Des nummos: excepta nihil te si fuga laedat.
Ille feret precium: paenae securus opinor.
Pudius emisi vitiosum / dicta tibi est lex
Insequeris tamen hunc / et lite moraris iniquus.

Libri Secundi

Dixi me pigrum : proficiscenti tibi dixi
Talibus officijs prope mancum : ne mea saemus
Jugares ad te q̄ epistola nulla rediret .
Quid tum profeci mecum facientia iura :
Si tamen attentas : quereris super hoc etiam q̄
Expectata tibi non mittam carmina mendax .
Luculli miles collecta viatica multis
Erumis : lassus dum noctu stertit : ad assem
Perdiderat . post hoc vehemens lupus : sibi et hosti
Iratu : pariter ieiunis dentibus acer :
Presidium regale loco deiecit : ut aiunt :
Summe munito et multarum diuite rerum
Clarus ob id factum donis ornatur honestis :
Accipit et bisdena super sestertia nummum .
Sorte sub hoc tempus castellum euertere pietor :
Nescio quod : cupiens / hortari cepit eundem
Verbis que timido quoq̄ possent addere mentem /
I bone quo virtus tua te vocat : : i pede fausto
Grandia laturus meritomm premia : quid stas ?

G

Epistola Vicinia Tertia

Post hec ille catus : quantum vis rusticus ibit :
Ibit eo quod vis / qui zonam perdidit : inquit.
Romae nutrix mihi contigit : atq; doceri
Iratu Graijs quantum nocuisset Achilles.
Adiacere bonae paulo plus artis Athenae /
Scilicet ut possem curuo dinoscere rectum :
Atq; inter silvas Achedemi quaerere verum.
Duro sed amouere loco me tempora grato :
Civilisq; rudem belli tulit aestus in arma
Caesaris Augusti non responsura lacertis.
Vnde simul primum me dimisere philippi
Decisis humilem pennis : inopemq; paterni
Et laris et fundi. paupertas impulit audax
Ut versus facerem. sed quod non desit habentem :
Quae poterunt vnq; satis expurgare citatae
Ni melius dormire putem q; scribere versus.
Singula de nobis anni praebantur euntes :
Eripere iocos : venerem : conuiuia : ludum :
Tendunt extorquere poemata. quid faciam vis

Libri Secundi

Deniq; non omnes eadem mirantur amantq;
Carminē tu gaudes: hic delectatur iambis:
Ille Bioneis sermonibus / et sale nigro.
Tres mihi conuiuiae prope dissentire videntur /
poscentes vario multa diuersa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu qđ iubet alter:
Quod petis id sane est inuisum acidumq; duobus.
Praeter caetera me Romae ne poemata censes
Scribere posse inter tot curas totq; labores?
Hic sponsum vocat: hic auditum scripta / relictis
Omnibus officijs: cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Auentino: visendus vterq;
Intervalla vides humanae commoda. verum
Purae sunt plateae / nihil vt meditantibus obstat.
Sestinat calibus mulis gerulisq; redemptor.
Torquet nunc lapidem / nunc ingens machina tignum /
Tristia robustis luctantur funera plaustris:
Hac rabiosa fugit canis: hac lutulenta ruit sus.
Inunc et versus tecum meditare canoros.
Scriptorū choris omnis amat nemus et fugit urbem /
Gij

Epistola. Vicesima Tertia

Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra.
Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos
Vis canere: et contracta sequi vestigia vatum:
Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas /
Et studijs annos septem dedit: insenuitq;
Libris et curis / statua taciturnius exit:
Plerumq; et risu populum quatit. hic ego rerum
Fluctibus in medijs et tempestatibus urbis
Verba lyre motura somnum connectere digner:
Frater erat Romae consulti rhetor: ut alter
Alterius sermone meros audiret honores:
Gracchus ut hic illi foret: hic ut Mutius illi.
Qui minus argutos verat furo: iste poetas:
Carmina compono: hic elegos / miserabile visu
Caelatunq; nouem musis opus. aspice pimum
Quanto cum fastu: quanto cum molimine circum
Spectemus vacuam romanis vatibus aedem.
Mox etiam: si forte vacas: sequere: et procul audi
Quid ferat: et quare sibi nectat vterq; coronam.

Libri Secundi

Cedimur: et totidem plagis consumimus hostem.

Lento Sannites ad lumina prima duello

Discedo Alcaeus puncto illius / ille meo quis

Quis nisi Callimachus? si plus adposcere visus

Sit Nymnermus: et optius cognomine crescit.

Multa fero: ut placem genus irritabile vatum:

Cum scribo / et supplex populi suffragia capto:

Idem finitis studiis et mente recepta

Obturem patulas impune legentibus aures.

Ridentur mala qui componunt carmina: verum

Gaudent scribentes: et se venerantur: et ultro /

Si taceas / laudant quicquid scripsere beati

At qui legitimum cupiet fecisse poema:

Cum tabulis animum censoris sumet honesti:

Audebit quaecumque parum splendoris habebunt:

Et sine pondere erunt: et honore indigna ferentur

Verba mouere loco / quibus inuita recedant:

Et versentur adhuc inter penetralia Vestae.

Obscurata dum populo bonus eruet: atque

G iij

Epistola. Vicissima Tercia

Proferet in lucem speciosa vocabula rerum:
Quae piscis memorata Cathonibus atq; Cethegis
Tunc situs informis premit et deserta vetustas:
Asciscet noua quae genitor produxerit usus
Vehemens: et liquidus: puroq; simillimus anni
Fundet opes: laciumq; beabit diuite lingua/
Luxuriantia compescet: nimis aspera sano
Leuabit cultu: virtute carentia tollet:
Ludentis spetiem dabit: et torquetur / vt qui
Nunc Satyrum / nunc agrestem Cyclopa mouetur
Practulerim scriptor delirus inersq; videri /
Dum mea delectant mala me / vel deniq; fallant:
Qm̄ sapere et ringi fuit hand ignobilis Argis
Qui se credebat miros audire tragoedos
In vacuo laetus sessor: plausorq; teatro:
Caetera qui vitae seruaret munia recto
More: bonus sane vicinus: amabilis hospes:
Comis in uxorem: posset qui ignoscere seruis:
Et signo leaso non insanire lagenae:

Libri Secundi

Posset qui rupem et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curisque relictus
Expulit hellebo 10 morbum bilemque meraco:
Et redit ad sese: Pol me occidistis amici
Non seruastis: ait: cui sic extorta voluptas:
Et demptus per vin mentis gratissimus error.
Nimirum sapere est abiectis vtile nugis /
Et tempestiuum pueris concedere ludum:
Ac non verborosa sequi: fidibus modulanda latinis
Sed verae numeroque modoque ediscere vitae.
Quo circa mecum loquor: haec tacitusque recordor:
Si tibi nulla sitim finiret copia lymphae
Narrares medicis / quae quanto plura parasti.
Tanto plura cupis: nulli ne faterier audes?
Si vulnus tibi monstrata radice vel herba
Non fieret lenius: fugeres / radice vel herba
Proficiente nihil / curarier? audieras cui
Rem dii donarent / illi de edere prauam
Stulticiam: et cum sis nihilo sapientior / ex quo

Ep̄la Vicesima Tertia

Pleniores / tamen vteris monitoribus ijsdem ?
At si diuitiae prudentem reddere possent:
Si timidum cupidumq; minus te: nempe ruberes
Viueret in terris te si quis auarior vno.
Si proprium est quod quis libra mercatur et aere:
Quaedam: si credis consultis: mancipat usus:
Qui te pascit ager tuus est: et villicus oibi
Cum segetes occat / tibi mox frumenta daturus /
Te dominum sentit. da nummos accipis vnam:
Pullos: oua: cadum temeti. nempe modo isto
Paulatim mercaris agrum fortasse trecentis /
Aut etiam supra nummorum milibus emptum.
Quid refert vntis numeratis nuper: an olim ?
Emptor Aricini quondam Veientis et arui
Emptum coenat olus: q̄nis aliter putat: emptis
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
Sed vocat vsq; suum: qua populus assita certis
Limitibus vicina refugit iurgia: tanq̄
Sit proprium quicq;: puncto quod mobilis horae

Libri Secundi

Nunc prece: nunc precibus: nunc vi: nunc morte suprema
Permutat dominus: et cedat in altera iura.
Si quia perpetuus nulli datur usus: et heres
Heredem alterius velut unda superuenit undam.
Quid vici prosunt aut horrea? quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani: si metit orcus
Grandia cum paruis: non exorabilis auro.
Gemmas: marmor: ebur tyrrhena sigilla: tabellas
Argentum: vestes Getulo murice tinctas
Sunt qui non habeant: est qui non curat habere.
Cur alter fratrum: cessare: et ludere: et vngi
Praeferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Diues: et importunus: ad umbram lucis ab ortu
Siluestrem flammis et ferro mitiget agrum:
Scit Genius natale comes qui temperat astrum
Naturae deus humanae mortalis in unum
Quodque caput vultu mutabilis albus et ater.
Ut ar et ex modico quantum res poscet acerno
Collam: nec metnam quid de me iudicet heres

Ep̄la Vicesima Tertia

Quod non plura datis inuenerit: et tamen idem
Scire volam quantum simplex hilarisq; nepoti
Discrepet: et quantum discordet parcus auarus.
Distat enim spargas tua prodigus: an neq; sumptum
Imitatus facias: neq; plura parere labores:
Ac potius puer ut festis quinquatribus olim
Exiguo gratoq; fruaris tempore raptim
Pauperies / immunda procul domus absit. ego vtrum
Nunc ferar magna an parua: ferar vnus et idem.
Non agimur tumidis velis aquilone secundo:
Non tamen aduersis aetatem ducimus austris.
Viribus: ingenio: specie: virtute: loco: re:
Extremi primorum: extremis vsq; priores.
Non es auarus: abi. quid? caetera iam simul isto
Cum vitio fuge: rite caret tibi pectus inani.
Ambitione: caret mortis formidine: et ira:
Somnia: terrores magicos: miracula: sagas:
Nocturnos lemures: portentaq; thessala rides:
Natales grate numeras: ignoscis amicis:

Libri Secundi.

Lenior et melior sis accedente senecta.

Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna?

Viuere si recte nescis / decede peritis.

Lusisti satis : edisti satis : atq; bibisti :

Tempus abire tibi est : ne potum largius aequo

Rideat et pulset lasciuia decentius aetas.



Impressum Lipsiae per Baccalaureum Vuolfgangum Monacensem. Anno domini 1510. Emi ano vi

1500

Handwritten text in a Gothic script, likely a list or index, with several lines of text.



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.




57735

AB: 57735

X 2007865





B.I.G.

Farbkarte #13

Q. Horacij Flacci Episto- larum Liber.

Magister Gregori⁹ Breytkoph de Konitz ad Lectorem.

Comadus Gregorius
 Virtus excelsi sedem donabit olympi
 Lector: supremum conciliatq; Jovem
 Sola hec post mortem dignum quoq; prestat honorem
 Tartara dum vitium nigra subire facit
 Namq; decus nitidum: phebea clarius aura
 Sedibus ethereis ab Jove iustus habet
 Impius obscuram plutonis tum ibit in arcem
 Dum iustus sursummet gaudia magna poli
 Impudens opibus quid sollicitaris iniquis
 Auriflui querens aurea dona tagi
 Haud quemq; possunt infernis solvere vinculis
 Virtus celestem prebet adire domum
 Infelix saxum cur voluat Sisyphus ingens
 Et phlegetonteam Tantalus haurit aquam
 Causa subest: vitam vitijis durere prophanis
 Et studuere animam comaculare suam
 Innocui Elisos meruere at sursummere campos
 Illuminat omant flouida ferta comas
 Disce igitur virtus quid sit: post perfice facto
 Et relegas Flacci carmina pulchra cati
 Tunc in venturo sursummes bona premia sedo
 Que tollent iusto tempora nulla tibi

GYMN. HALB.
EX.DOM.
THEOD. SCHMID.

